

Ægypti à facie ejus, et cor Ægypti tabescit in medio ejus.

HYMNUS 186. *Secund. ab Hoz.*

Virgo, maximum decus  
Olimpi, Materque JESUS,  
Ob salutem Redemptoris  
Fugisti gladium Herodis.

Periculi certe indota,  
Loquente de cælo angelo,  
Tristis et pauper MARIA  
Incedis Ægypti viâ.

Ingens dolor tibi passus  
Per desertum peregrina,  
Qualis sitis, qualis ardor,  
Solitudo undiquè et labor!  
Non minus oriens stella,  
Nec vitæ redemptio minus  
Expectatæ nocte et die  
Merituræ Matri piæ.

Imber ex oculis currit  
Respicientis te migrantem;  
Miserere, Virgo pura,  
Errantium in terrâ oscurâ. Am.

Ad Benedict. ant. Exurgens JOSEPH fecit sicut præceperat ei Angelus: accepit Puerum et Matrem ejus, et recessit in Ægyptum.

*Oraño.*

Domine JESU-Christe, qui excellentiâ virtutis tuæ universa disponis et gubernas, quippè omnium Dominus pro nobis parvulus in carne passibili, à facie maligni Herodis, sanctissimâ Matre tuâ te deferente, fugam sustinisti: præsta nobis hunc dolorem ejus venerantibus, à facie infestantis demonis tuâ virtute semper et ubique defendi. Qui vivis.

Ad Prim. Capit. de Laudib.

†. n. br. Quæ in Ægyptum cum Filio tuo migrasti.

CANON.

Ex D. Thomâ Arch. Valentino.

In process. Conc.

476. Quantas tribulationes sustinuerit Virgo, quis poterit dicere?

Ecce statim post partum profuga  
per deserti vastitatem asperam in  
Ægyptum perrexit, ubi quasi alienigena  
per septennium stetit. Tu.

IN II. VESPERIS.

Ant. et capit. de Laudib.

HYMNUS 206. *Secund. ab Hoz.*

Infantes Judææ jussit

Jugulare Tyrannus;

Tu miserata tui

Patria linquis agrâ.

Ecce MARIA sene niveis

Comitata capillis,

Divam et progeniem

Pectore Virgo premit.

Ecce sub obscurâ

Peragrant caligine noctis,

Sive sub igniferi

Lampade solis afri.

Sive jam subeunt egentis

Inhospita tecta,

Sive fera udis morantur

In antris atris.

Exurgunt quacumquè

Timenda pericula multa,

Omnia vincenda

JESUS amore tibi.

Nondum contingeras

Optatæ sedis asyllum,

Pertransisque urbem,

Templa tibi solis erant.

Numina cum cadunt

Ex auro et marmore ficta,

Supplices et vales

Procubnuere genu.

Hand aliter complenda

Antiqui verba Prophetæ,

Laurum qui Genito

Vaticinatus olim.

Sic etiâ tenebræ

Delendæ lumine claro,

Ædes atque fidei

Ædificanda novæ.

sola summa Patri,

Sit par tibi gloria, Nate:

Gloria sit compar,

Spiritus almæ, tibi. Amen.

In 2. Vesp. Capit. de Laud.  
reliqua de Comm.

Ad Magnific. ant. Et erat sibi usque ad obitum Herodis: ut adimpleretur, quod dictum est à Domino per Prophetam dicentem: ex Ægypto vocavi Filium meum.

DIE XIII. FEBR.

MODESTIE B. M. V.

Duplex.

AD MATUTIN.

HYMNUS 207. *Santol.*

Die, Virgo, quæ vis traxerit

Patri cœvum Filium

Ab hujus æterno sinu

Mortalis in Matris sinum.

Ad hos honorum te gradus

Non efferet simplex fides,

Non virginalis te pudor,

Nec igne fervens charitas.

Sed quæ sibi nunquam placet

Deo placens modestia:

Quâ jam tibi sis vilior,

Hâc digna sis Mater Dei.

Quâm celsa quæ se deprimens

Altum Tocantem deprimat

In te sui jam non memor

Descendit è cælo Deus.

Doxologia de Tempore.

Lect. 1. Noct. de Ferid.

IN II. NOCT.

Sermo S. Ambrosii Episcopi.

In Luc. libr. 2.

LECTIO 4.

Disce Virginem moribus, disce Virginem verecundiâ, disce Virginem oraculo, disce mysterio. Trepidare Virginitum est, et ad omnes viri ingressus pavere, omnes viri afflatus vereri. Discant mulieres propositum pudoris imitari. Sola in penetrabilibus, quàm nemo virorum videret, sed angelus reperiret, sola sine comite, sola sine teste, ne quæ degenerare depravaretur afflatu, ab Angelo salutatur. Tu. †.

LECTIO 5.

Disce Virgo verborum vitare lasciviam. MARIA etiâ Angelî salutatione verebatur. Erat enim, inquit, cogitans, qualis esset ista salutio. Et ideò cum verecundiâ, quia pavebat. Cum prudentiâ quia benedictionis novam formulam mirabatur, quæ nunquam lecta est, nunquam ante contemptam. Sola MARIE hæc salutio servabatur. Tu. †.

LECTIO 6.

Benè enim sola gratiâ plena dicitur, quæ sola gratiam, quam nullæ alia invenerat, concessa est, ut gratiâ repletur auctore. Erubescat ergo MARIA: erubescat etiâ Elizabeth. Et ideò cognoscamus quid intersit inter mulieris et Virginis verecundiâ. Illa de causâ erubescat, hæc pro verecundiâ. In muliere modus pudoris adhibetur, in Virgine pudoris augetur gratiâ. Tu. †.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evangelii secundum Lucam.

LECTIO 7.

c. 2. 48.

In illo tempore: Dixit Mater JESU ad eum: Fili, quid fecistis nobis sic? Ecce Pater tuus et ego dolentes quærebamus te. Et reliqua.

Homilia S. Augustini Episcopi.  
Sermo, 51. de Concor. Math. et Luc.

Non est præmittenda, fratres, maximè propter disciplinam feminarum tam sancta modestia Virginis MARIE. Meruerat parere Filium Altissimi, et erat humilissima: nec se marito in ordine nominis præferbat, ut diceret: ego et Pater tuus; sed Pater tuus, inquit, et ego. Lect. 8. Non attendit sui uteri dignitatem, sed attendit ordinem conjugalem. Non enim humilis Christus Matrem suam superbire docuisset: Pater

tuus et ego dolentes querebamus te. Pater tuus, inquit, et ego, quia caput mulieris vir. Quanto minus debent superbire sancta femina. Tu.

8. *Benedict. Cujus* Modestiam colimus.

LECTIO 8. (Lect. 9.) Nam et ipsa MARIA mulier dicta est non corrupta virginitate, sed appellatione propria gentis suae. Dixit enim de Domino JESU—Christo et Apostolus: Factum ex muliere: non tamen interruptit ordinem et textum fidei nostrae, quā consistemur natum de Spiritu Sancto et MARIA Virgine. Illa enim Virgo concepit, Virgo peperit, Virgo permansit. Sed mulieres omnes feminas appellarunt proprietate linguae hebraeae. Tu. ꝑ.

LECTIO 9.

Commem. B. V. Sancti Apollinaris. *Gumpenberg. Imag. 642.*

Romae anno millesimo sexcentesimo quadragesimo secundo decedente in vestibulo templi Sancti Apollinaris crustrā muri, quam quidam templi illius, vel reformator vel semi—architectus reduxit, apparuit decora Imago Deiparae cum puero, jussu Cardinalis Estoutville alio in tempore depicta, situ bono, talis denique, ut in ejus gratiam ex vestibulo fieret templum. Accursus et fiducia Romanorum statim nec difficulter à Virgine impetravit gratias miraculosas, et est in tanto honore, ut templi instar habeatur: parietes tabellis per omnes partes vestiuntur, loquente picturā miracula à Virgine impetrata. Tu. Te Matrem.

AD LAUDES

HYMNUS 208. *Santolius.*

Deus suprema Veritas,  
Umbrata velo corporis,  
Puris videnda mentibus  
Lustra tuo nos lumine.

Et tu, tuorum sis memor,  
Quae, dum modesto pectore  
Te dicis ancilla Dei,  
Regina mundi diceris.

*Doxologia de Tempore.*

CANON.

Ex D. Thomā Arch. Valentino.

*Conc. 1. in Annunt.*

471. Attendite modestiam, considerate silentium. Quam decorata taciturnitas in femina! Quid in Virgine pulchrius, quā loquendi modestia?.... Plurima dixerat Angelus..... et necdum à Virgine verbum auditur. Tu.

*Cum 2. Vesper.*

DIE XIV. FEBR.

B. V. LUSITANÆ DE LUCE.

*Semiduplex.*

*Lect. 1. Noct. de Fer. occur.*

IN II. NOCT.

LECTIO 4.

*Gumpenb. Imag. 215.*

Tertio ab Ulyssipone lapide, in Lusitaniā, Deiparae templum exurgit, structurā magnificum, religione augustum: ita dictum à Luce propter caelestem flammam longē latēque diffusam, quae nocti illi incubabat loco, multis, qui eam sapē viderant, ignaris, quid hic caelestis ignis perlerederet, donec regnante in Lusitaniā Alphonso quinto, Beata Virgo pulcherrimā nitens luce se expectandam praeberet euidam Petro Martínez Lusitano, viro bono, et tunc maurorum captivo, vinculisque in carcere compedito. Tu. ꝑ.

LECTIO 5.

Hunc insolita lux primū, deinde ipsa Deipara ingenti gaudio et spe liberatis implevit, eā tamen conditione, ut templum sibi strueret eo in loco, ubi splendorem caelestem visurus esset, ac nomen de Luce imponeret. Vix Virgo his dicitis

disparuit, et Petrus se non in Africa ergastulo vincitum, sed in Lusitaniā liberum esse miratus est. Vix sibi, vix oculis suis credidisset, se vincitum unquā fuisse, nisi secum invenisset catenas, quas utique Virgo sibi appendi voluit. Tu. ꝑ.

LECTIO 6.

Ille, spretis lucis radiis, ipsum lucis centrum quarens, sub praegrando saxo Iconem Deiparae invenit, candidissimo anniculo è serico cooperatam. Statuae materia haecentis incognita: inter paucos quibus major curiositas erat, non pauci caecitate, aut morbo gravi penas dederunt. Petrus suo aere templum inchoavit, et piorum elemosinis finivit anno millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio, quo anno, ab Alphonso de Nogara Ulyssiponensi Episcopo dedicatione solenni ritu peractā, sodalitas instituta est. Tu. ꝑ.

*Homilia ut in die 26. Januar.*

O Virgo Sancta. p. 570.

LECTIO 9.

Commemoratio B. V. Malacensis de Victoriā.

*Gumpenb. 335.*

Malacae in Hispaniā Imago Deiparae colitur, quae ab Imperatore Maximiliano Regibus catholicis Ferdinando et Elizabetha dono missa dicitur. Hanc contra Mauros educebant Reges in praelia, et fide publica constat, eā praesente semper vicisse christianos. Hinc nomen victoriae acquisivit. Templi parietes catenis et compeditibus ornantur, quos liberati à mauris captivi attulere. Anno millesimo quadringentesimo octogesimo septimo dono data haec Imago est Patribus Sancti Francisci de Paula. Statua ignoto ligno est, altitudine hominem aequat, sellae insidet, et JESUM in gremio gestat. In basi haec inscrip-

tio est. Sancta MARIA de Victoriā: pulcherrimam esse, quas tota habeat Beticā, plures asserunt. Tu. Te Matrem.

*Cum 2. Vesper.*

DIE XV. FEBR.

B. V. DE CURRICULO.

*Simplex.*

LECTIO 1.

Ad annum millesimum, ut antiqua monumenta testantur, duobus rusticis Beatissima Virgo super montem non longē ab urbe Statellae in Aragoniā, apparens, eum locum fore ipsi deinceps sacrum indicit, iungitque, ut templum ibidem extrueretur, in quo uberes gratias suam implorantibus opem se elargituras spondidit. Fidem Statellani rusticis adhibentes, maxime post visum signum à Deipara acceptum, ordinatā solenni supplicatione, cum universo clero et populo in montem conscenderunt, in ejus cacumine sanctissimae Virginis imaginem invenerunt, quam in terrā ad ejus pedes provoluti, caelesti laetitia perfusi venerati sunt. Tu. ꝑ.

LECTIO 2.

Cum autem ab eo loco sanctissimae Deiparae simulacrum minime dimoveri posset, Statellanis conantibus ipsum ad urbem deducere, ibidem templum extruxerunt absque ullā morā, et in arā maximā mirabilem Virginis Imaginem collocarunt. Haec verō Imago de lapide ignoto creditur: sedet super ejusmodi lapidis sedem, quae duobus deauratis sustinetur rotis, undē nomen vulgare à Carrodilla habet. Alta est tribus circiter pedibus: aspectum decorem, colorem triticum, oculos grandes, faciem plenam habet. Puerum dextero tenet brachio pectus sugentem matris. Devotio

erga ipsam magna est, magnusque cultus. Tu. §.

## LECTIO 3.

Commemoratio B. V. Lucernensis de Cespite.

Gumpenb. 300.

Anno millesimo sexcentesimo trigesimo primo, ipso festo Pentecostes, horâ nonâ noctis visendam se in cœlo præbuit Deipara Filium brachio gestans, atque, ut plures viderent, die postera, eadem horâ iterum apparuit. Sufficit hæc Virginis apparitio cuidam Senatori Lucernensi, Mauritio de Metten, ut Virginis Sacellum extrueret eodem in loco, ubi Sacellum de Cespite dictum, quod ruinâ allapsum fuerat, steterat. Dedicacionem solemnem fecit suffraganeus Constantiensis anno millesimo sexcentesimo quinquagesimo sexto, pompâ, quâ licuit, maximâ. Voluisse hoc Virginem demonstrat et hominum concursus, et Virginis in venientes proa benignitas, et beneficentia non vulgaria. Tu. Te Matrem.

Vesperæ de sequenti.

DIE XVI. FEBR.

## CONTEMPLATIONIS B. M. V.

Duplex.

LECT. 1. Noct. de feritâ occurr.

IN II. NOCT.

Sermo S. Thomæ Arch. Valentini.

Conc. 1. in Assumpt. B. V. M.

LECTIO 4.

Ad Domini beatos pedes continuè sedens MARIA, audiebat verbum illius. O piissime Deus! Quis enarrare sufficere inter ipsam serviendi sollicitudinem ad hos pedes, quo fervore, quâ dulcedine, quo gaudio Spiritus hujus Virginis agebatur? Quanto mentis ardore hæc Virgo intus inflamabatur! Quanto jubilo illius animus quotidie replebatur, quando Deum Sion oculis

cernebat, et amplexibus applaudebat? Die noctique beatissimis ulnis sustinens eum qui sustinet orbem? O quibus radiis Sol ille infinitus nebula carnis apertus purissimam hujus Virginis mentem irradiabat, decorabat, purpurabatque? O quos favores in gremio imprimebat! Quali neclare intus potabatur, cum eum lacte potabat! Qualis nubes lucida cum purpureis coloribus sole irradiante coruscat, talis hujus Virginis anima, Deo illuminante, fulgebat. Tu. §.

LECTIO 5.

Quid dicam de illâ tam longâ conversatione cum puero, cum adolescente, cum juvene, cum viro? Quæ verba, quæ colloquia, quæ responsa, quæ mysteria, quæ secreta, quæ oracula? O felicem scholam, ubi Deus et Filius magister est, et Mater et Virgo Discipula! Tam longo tempore, tam continuo auditu, tam frequenti magisterio, quid à tanto Magistro non didicisti? Quid à tanto Domino non impetrasti? Quid, obsecro, tunc temporis cogitabas, ò Virgo? Quid in animo sentiebas? Quid in illo tuo sacratissimo pectore agebatur? Tu. §.

LECTIO 6.

Existimo enim (neque me fallit opinio) tenerimam hujus Virginis corpusculum, mentemque delicatissimam irruentis luminis voluptatisque torrentes ex illo vivo fonte nutantes, tolerare non potuisse, nisi eam Spiritus Sanctus desuper obumbrasset, intusque virtute nimia solidasset: in mortali etenim corpore gustus hujusmodi nisi miraculo solidata sentire non posset et vivere. Uedè miraculosè factum existimo, ut omninò non deficeret, aut non continuè esset in raptu. Sed sustentabat eum Spiritus Sanctus in-

ter tot splendores et delicias, ne raperetur extasi, aut Dei Filio necessarium Marthæ ministerium non deesset. Tu. §.

Homilia de comm. pro Duplici.

Cum II. Vesper.

DIE XVIII. FEBR.

## CHARITATIS B. M. V.

Duplex.

Ad Magnific. ant. Charitas Dei diffusa est in corde MARIE per Spiritum Sanctum.

Oratio.

Accende, quesumus, Domine, corda nostra illo charitatis igne, quo beatissimæ Virginis MARIE cor immaculatum vehementissimè astuabat, ut te totâ mente amemus, et ad te tota virtute curramus. Per Dominum.

AD MATUTINUM.

IN I. NOCT.

De Epistolâ primâ Beati Pauli Apostoli ad Corinthios. cap. 13. 1.

LECTIO 1.

Si linguis hominum loquar, et angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum vultus as sonans, aut cymbalum tintinnis. Et si habuero prophetiam, et noverim mysteria omnia, et omnem scientiam: et si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, et si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Tu.

§. MARIAM velut ignis ferrum Spiritus Sanctus totam ignivit, ita ut in eâ Spiritus Sancti flamma tantum videatur, nec sentiat nisi tantum ignis amoris Dei. §. Seraphim de cœlo descendere potue-

rant, ut amorem discerent in corde Virginis.—Ita ut.

LECTIO 2.

Charitas patiens est, benigna est: charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non querit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati: omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Charitas nunquam excidit, sive prophetiæ evacuabuntur, sine linguæ cessabunt, sine scientia destruetur. Tu.

§. Totam Virginem incanduerat divinus amor, ita ut nihil esset mundanum quod eum violaret, sed ardor continuus et ebrietas perfusi amoris. §. Lampades ejus lampades ignis atque flammaram.—Ita ut.

LECTIO 3.

Ex parte enim cognoscimus, et ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod perfectum est, evacuabitur, quod ex parte est. Cum essem parvulus, loquebar ut parvulus, sciebam, ut parvulus, cogitabam, ut parvulus. Quando autem factus sum vir, evacuavi quæ erant parvuli. Videmus nunc per speculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte: tunc autem cognoscam, sicut et cognitus sum. Nunc autem manent fides, spes, et charitas, tria hæc: major autem horum est charitas. Tu.

§. Gloriosissima Virgo ex privilegio singulari Continè et semper Deum amabat actualitèr. §. Adeo ut nec actio contemplationem minueret, et contemplatio non desereret actionem.—Continè.—Gloria.—Continè.

IN II. NOCT.

Sermo S. Thomæ Arch. Valentini.

*Sermo in Dom. 2. post Pentec.*

## LECTIO 4.

**T**riplex est dilectio Dei, naturalis, acquisita, et infusa. Naturaliter omnia diligunt Deum, tanquam supremum bonum, à quo totum esse dependet.... Alia est dilectio acquisita ex contemplatione creaturarum, beneficiorum, magnitudinis excellentiae et bonitatis Dei.... Alia est dilectio infusa, quam Deus prout vult donat fidelibus suis: quae charitas nuncupatur secundum illud Apostoli: charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis. Tu.

¶ Factus est in corde meo ignis exastuans, \* Et defeci ferre non sustinens ardorem charitatis. ¶ Concealuit cor meum intra me, quia fortis est ut mors dilectio.—Et defeci.

## LECTIO 5.

**I**n omni dilectionis genere beata Virgo MARIA omnes alios excessit. Nam si de acquisita dilectione agatur, ipsa assidue conversabatur cum Domino, et nova indesinenter erga se indicia, nova ad eum cedamandum incentiva percipiebat, quibus cor ejus magis magisque in dies in ejus amorem accendebatur, atque astrabat. Similiter si de infusa loquamur, notum est, quo amore flagrabat, quae ignem illum deitatis carne vestivit, et novem mensium spatio in suis visceribus portavit. Tu.

¶ Introduxit me Rex in cellam vinariam, \* Et ordinavit in me charitatem. ¶ Misit Deus ignem in ossibus meis, et erudit me.—Et.

## LECTIO 6.

**A**d naturalem ergo dilectionem quod expectat: nos hæc dilectionem solum diligimus Deum, et opus artificem, ut creatura creatorem. Ipsa verò ultrà hoc, naturaliter eum,

ut Mater Filium, diligebat. Est autem matris amor ad filium uti naturalissimus, ita et fortissimus, adeo ut etiãms filius sit turpis, et omnino abominabilis aliis appareat, tamèn Mater eum diligit, urgente et insigilante naturâ. Quantum ergò putas illam dilexisse talem ac tantum Filium? Igitur si in hoc mundo unquam aliqua creatura, quæ toto corde, totâ animâ, totis visceribus, totâ mente Deum dilexit, illa fuit. Tu.

¶ Fulcite me floribus, et stipate me malis, \* Quia amore langueo. ¶ Pone me, ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum.—Quia amore.—Gloria.—Quia amore.

## IN III. NOCT.

LECTIO Sancti Evangelii secundum Lucam.

## LECTIO 7. c. 2. 34.

**I**n illo tempore: Dixit Simeon ad MARIAM Matrem JESU: ecce positus est hic in ruinam et in resurrectionem multorum in Israel, et in signum, cui contradicetur. Et reliqua.

Homilia S. Bernardi Abbatis.

*Serm. 29. in cantica.*

**E**st etiã sagitta electa amor Christi, quæ MARLE animam non modo confixit sed etiã pertransivit, ut nullam in pectore virginali particulam vacuum amore relinqueret, sed toto corde, totâ animâ, totâ virtute diligeret, et esset gratiâ plena. **Lect. 8.** Aut certè pertransivit eam, ut veniret usque ad nos, et de plenitudine illâ omnes acciperemus, et fieret Mater charitatis, cujus Mater est charitas Deus, parturiens et in sole ponens tabernaculum ejus, ut scriptura impleretur, quæ dicit: Dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terræ. Tu.

¶ Adjuro vos, filie Jerusalem, si inveneritis dilecto meo, ut nuntiatis ei \* Quia amore langueo. ¶ Nuntiatis ei, quia vulneratâ charitate ego sum.—Quia.

**8. Benedictio.** Cujus Charitatem.

## LECTIO 8. (Lect. 9.)

**H**oc enim impletum est per MARIAM, quæ in carne visibilem edidit quem invisibilem nec de carne, nec cum carne suscepit. Et illa quidem in totâ se grande et suave amoris vulnus accepit: ego verò me felicem putaverim, si sumâ saltem quasi cuspidis hujus gladii putgi interdum me sensero, ut vel modico accepto amoris vulnere, dicat etiã anima mea: vulnerata charitate ego sum. Tu.

¶ Cor meum inflammatum est in me, et renes mei commutati sunt: \* Concealuit cor meum intra me, et in meditatione meâ exardescet ignis. ¶ Fulcite me floribus, et stipate malis, quia amore langueo.—Concealuit.—Gloria.—Conc.

## LECTIO 9.

Commem. B. V. de Colle-Aurora.

*Camòs libr. 4. c. 4.*

**N**on longè ab urbe Derinse, in Hispaniâ, perecebre exiat Deipara Sacellum sub titulo de Colle-Aurora. Imago Virginis sanctissimæ, quæ ibi asservatur, in arbore antiquitatis inventa non sine celesti prodigio, fertur. Feria tertia Paschæ est ipsi sacra, in quo die Derlensis urbs solenni supplicatione ad eam invisendam concendere consuevit. Prodigia non rarò per hanc Imaginem Deipara operata est, maxime in nautas et navigantes, ut ex appensis tabellis satis apparet. Statua lapidea est, puerum sustinet, coloribusque, quibus induitur, formosior videtur. Tu. Te Matrem.

¶. ¶. Quæ charitate vulnerata fuisit.

## CANON.

Ex D. Augustino Episcopo.

*Ap. D. Bon. Spec. c. 17.*

472. Quis dubitare poterit, omninò in affectionem charitatis transisse viscera MARLE, in quibus ipsa, quæ Deus est, charitas novem mensibus corporaliter requievit? Tu.

*Cum secundis Vesperis.*

DIE XIX. FEBR.

## B. V. DE RUPE-AMATORIS

*Semiduplex.*

*Lect. de Script. ser. occur.*

IN II. NOCT.

## LECTIO 4.

*Ex Histor. B. V. de Rupe-amatoris.*

**S**acellum Beate Virginis Rupis-amatoris, vernaculè Roca-amadour, peregrinationibus votivis et miraculis celeberrimum, situm propè Durandum flumen in Cadurcensi Provinciâ in Regno Galliæ, à Sancto Amatore Eremitâ nomen accepit, qui illud in honorem Deiparæ extruxisse ad tertium sæculum dicitur sub maxime elevataque rupisconcavitate, in quo et vitam finivit. Dionysius de Bar Tutellensis Episcopus Orationum compressum erexit funditus anno millesimo quadringentesimo septuagesimo nono, et quantum poluit, ampliavit: quo completo Missam altâ voce celebrandam diebus singulis in honorem ipsius Virginis instituit, et congruo reddito stabilivit. Tu. ¶.

## LECTIO 5.

**I**ngens verò quovis tempore fuit peregrinorum accensus ad Rupem-amatoris, inter quos numerati Rolandus, nepos Caroli Magni, Sanctus Ludovicus rex, Sanctus Engelbertus Episcopus Coloniensis et

Martyr, Blancha Castellæ, Carolus dictus Pulcher, Ludovicus Undecimus, et alii plurimi præclarissimi viri, creduntur. Henricus secundus Anglorum Rex munitus sicut ad prælium, quia terra inimicorum appropinquabat, Deiparam eo in Rupa etiam visitavit ob votum emissum in perlongâ agrolatione. Sed Rex ejus filius aliquot post annos, deficiente sibi pecuniâ, cum thesaurus hujus Ecclesiæ asportasset, in gravem incidit infirmitatem, de qua et mortuus est. Tu. *g.*

## LECTIO 6.

Alii verò illustres viri qui hunc sacrum locum adire non poterant, ad eundem varia dona transierunt, inter quos Alphonsus natus Castellæ Rex, qui dedit Sacello Rupis-amatoris duas Villas in Castellâ, Tornellos et Orbanella dictas, Sanctia filia Raminiri Regis Navarræ panum operasum conficiens ad eundem Ecclesiam misit. Odon Comes de Maré etiam ei donavit saltum Montis Salvy, aliasque perplures ditissimas oblationes. Nunc autem etsi veteris magnificentiæ hujus templi vix vestigia post gallicanas revolutiones remaneant; attamen erga Beatissimam Virginem Rupis-amatoris magna adhuc extat devotio, et ipsa fidelibus illud Sacellum visitantibus nova beneficia quotidie dispensat. Tu. *g.*

Homilia de Comm. pro Semidap.

## LECTIO 9.

Commemoratio B. V. Myansensis. *Pouget in Imagin. Deiparæ.* Sacellum est Divæ Virginis sacrum in Sabaudia in oppido Myans a quo et nomen habet, peregrinationibus votivis et miraculorum frequentia ab antiquo percelebre. Anno millesimo ducentesimo quadragesimo nono fuit miraculo ab ingenti exitio, quo circumstant regio fuit va-

stata, præservatum, Ad medium decimi quinti seculi ei fuit adjuncium cœnobium Fratrum Sancti Francisci cum ampliori Ecclesiâ à Jacobo Comite Montis majoris in gratiarum actione pro beneficiis à Deo receptis, quod nunc à Myansensi Parroco habiatur, ejectionis religiosis à vandalicâ præcedentis sæculi impietate. Sanctissima Effigies ibi asservata satis parvula, nigra est, et puerum secum tenet. Tu.

Te Matrem Dei.

Vesperæ sequentis.

## DIE XX. FEBR.

## B. V. IN NUPT. CANA GALILÆÆ.

Duplex.

Oratio.

Imploret pro nobis, quasumus, Domine, spiritum charitatis apud tuam clementiam Beatissima Virgo MARIA, quæ in Nuptiis Cana Galilææ pro invitatis vinum à te et humiliter postulavit, et efficaciter obtinuit. Qui vivis... in unitate ejusdem Spiritus Sancti.

In 1. Noct. Lect. Scrip. ser.

## IN II. NOCT.

Sermo S. Bernardini Senensis. *Se. m. de Sept. verbis art. 3. c. 2.*

## LECTIO 4.

Hoc est igitur illud verbum admirandæ compassionis et pietatis, quod dulcissima Mater Christi et advocata nostra, et in terris et in caelis pro nobis miserabilibus, et infirmis, tanquam pia Mater pro filiis suis undique deplorandis dicit dilecto Primogenito suo, vinum non habent. Non quidem ut nos accuset, aut nobis improperet, sed potius ut Christum ad piam misericordiam erga nos inducat, et ut nobis impetret vinum opimum, et copiosum divinarum saporum et ebriatum, atque omnium virtutum, quæ

nobis sunt necessarie ad salutem. Tu. *g.*

## LECTIO 3.

Vinum non habent. Non faciens ipsorum memorem, qui omnia novit: sed interpellans Virgo Mater, locuta est, ac si ad eam cura omnium perlineret, et omnium hominum advocatam se sentiens, quæ pro omnibus creaturis cunctorum facta fuerat Virgo Mater, officium advocatæ, et piæ auxiliatricis assumpsit, cum videret inopiam; ac si opus non sit eam precibus excitare, quæ omnem oculum pietatis suæ in nos direxit, ac præsciens indigentiam nostram, et se cunctorum hominum Matrem pietatis agnoscentis sollicitæ pro filiis irrequisita etiam ad Dei Filium intercessit, dicens: Vinum non habent Tu. *g.*

## LECTIO 6.

Si hoc non rogata perfecti: si hoc viatrix existens, quid cum regnat in patria? Si hoc apud Filium temporali morte subjectum, quid cum mortem superavit? Carnem immortalem revocavit à tumulo, collocavit in caelo, paternam sedem ad dexteram, tenens imperium universorum. Porrò tam fuit miræ efficacitæ et virtutis hoc breve verbum apud dilectum Filium suum JESUM, tantumque impetravit dilecto Joanni Evangelistæ, quod de nuptiis ad continentiam virginalem et ad summæ contemplationis apicem est productus. Tu. *g.*

## IN III. NOCT.

Lectio Sancti Evargelii secundum Joannem.

## LECTIO 7. c. 2. 1.

In illo tempore: Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, et erat Mater JESU ibi. Et reliqua.

Homilia D. Eusebii Episcopi.

Hom. in Dom. 2. post Epp. Et deficiente vino, dixit Mater JE-

SU ad eum: vinum non habent. Plena enim Spiritu Sancto Virgo MARIA jam tum illud miraculum prævidebat, quod Filius ejus facturus erat. Quod ergo JESUS facere cogitabat, hoc illa, ut faceret, admovebat. Et dicit ei JESUS: quid mihi et tibi est mulier? Quid mihi, inquit, et tibi commune est, nisi hæc caro mortalis, et humanitas ista, quam fero, quæ famem patitur, et mori novit, miracula autem facere non novit? Quod enim in vinum aqua convertitur, non humanitatis, sed divinitatis est. *Lect. 8.* Nondum venit hora mea. Nondum venit hora passionis meæ, in quâ quid mihi et tibi sit commune omnibus innotescat. Tunc enim carnem quam de te suscepi, non virtutes et miracula facere, sed in cruce pendere et mori videbis. Tu. *g.*

## LECTIO 8.

Et tunc quidem faciam vinum novum, tunc faciam omnia nova, tunc literæ vetustate relicta ad novam et spirituales intelligentiam cuncta convertam. *Lect. 9.* Hoc enim significans, ait: non bibam amodò de hoc genimine vitis usque in diem illum, quum illud bibam vobiscum novum in regnò Dei. Dicit Mater ejus ministris: Quodcumque dixerit vobis facite. Inter se loquebantur Mater et Filius: ipsi se intelligebant: ipsi sua secreta noverant: ipsi quid tunc fieri oportebat, et quid postea futurum erat, sciebant. Cæteri autem, quod ipsi dicebant, ignorabant. Tu. *g.*

## LECTIO 9.

Commemoratio B. V. de Casalibus. *Ex Pouget in histor. Desp.* Sacellum nostræ Domine de Casalibus in Gratianopolitana Diocesi à Sancto Hugone Episcopo dicitur structum in montibus quos Carth

sianos vocant, pro primis Sancti Brononis Ordinis Patribus, atque ab ipso Sanctissimæ Deiparæ et Sancti Joanni Baptistæ dicatum. Sacello fuit monasterium, (sive variae cellulæ aut casulæ, undè de Casalibus nomen) adjunctum. Post quadraginta et novem annos in ruinam delapsum, in loco ubi nunc est, fuit iterum ædificatum. Decimo quinto sæculo tandem. Præpositus Generalis Ordinis illud omnino restauravit, et in formam, quæ nunc potitur, redegit. Tu. Te Matrem.

## CANON.

Ex S. Bernardino Senensi. *Serm. de flam. 7. amor. flamm. 6. Tom. 3. p. 341.*

473. Gloriosa Virgo compatiens humano generi propter ejus caliginem ignorantiam, nihil aliud voluit dicere, quandò ipsa dixit: Vinum non habent: nisi quòd mundus adhuc te non cognoscit: undè clarifica te, ut te cognoscat, et cognoscendo te credat, et credendo salvetur. Tu.

Cum 2. *Vesperis.*

DIE XXI. FEBR.

## B. MARIE V. DE MONLORA.

Simplex.

Lect. 1. de *Script. ser. v.*

LECTIO 2.

*Lanuza Hist. Aragonicæ t. 1.*

c. 29.

Non longè ab urbe Lunâ, in Aragoniâ anno millesimo quingentesimo structum fuit Divæ Virgini templum sub titulo de Monlorâ, cui cœnobium Sancti Francisci erat adjunctum, à quodam Michaelè Torrero, viro nobili, Casarangustano cive, ut ex Bullâ Alexandri Sexti, quæ ipsi illi fundandi licentiam fecit liquet. Nescitur, an prius ibi

fuert jam Sacellum aliquod. Quod verò nunc eo in monte exurgit templum perpulchrum est, perpulchramque habet Virginis aram, atque in lateribus optima sacella. Tu. p.

LECTIO 3.

Commem. B. V. Vertenqueliensis, ex *Justo Lipsio.*

In Vertenquelio, pago non longè à Cameracò sito, maximè diva Virgo colitur, pluribus abhinc sæculis, ut ex *Justo Lipsio* liquet, qui ingenio miraculum ope Deiparæ anno millesimo quadringentesimo vicesimo quarto Vertenquelio obtentum, enarrat. Miraculum autem fuit: puer sine vitâ natus, et in terrâ non sacrâ sepultus, post quindecim dies defossus, vivens invenitur, et intactus, ac ad Vertenquellum deductus, baptizatur. Ibi in arâ Beatæ Virginis reclinatus vixit quinque horas circiter: ac mox instar nivis visus est palàm liquecere et favescere, et sic ad mortem ire. Tu. Te Matrem.

*Ad Benedict. ant. Luna pedes dorsum Erla, tenetque cacumina montis Monloræ Virgo, Mater et ipsa Dei.*

*Vesperæ sequentis.*

DIE XXII. FEBR.

## BAPTISMI B. MARIE V.

Duplex 2. *Classis.*

IN I. VESPER.

*Antiph. Capitul. et Oratio de*

*Laudib. Psalm. de solemnitatib.*

HYMNUS 209. *Salla.*

Jordanis amnis, judiciarius Privo latinis ore vocabilis, Per quem supremi prænotantur Judicis arbitrio probandi.

Hi nempe, lymphis sanctificandibus Baptisma seu quos, te penes editum,

Sive ipsiusmet, jussa quondam, Mystica symbola quos sigillent.

Sic protoplasti quos sibi posteror Canon reatus, dum tibi subijcis, Hoc, obstupesco, quòd solutam Jus tibi sumpseris in MARIAM. Esthere cum pro hæc læ ex nulla sit,

Elsi stei omni prole pro adamica Vi seminali procreanda, Undè rogo, tibi jus in illam?

Fas te venusio nomine præditum Mundasæ Naaman fude elephan-

ticum,

Lepræ lavaero præmonente

Post tibi crimina proluenta.

Fas concedentem fluminis alveo Mersisse plebem temet olimpico Regi parandam jam propinquo Fortiter oro Joannis acclam.

Fas te vel undis jure trementibus Tinxisse Christum, se madidantium Naturæ aquarum vim luentem Crimina soubibus, inditurum.

Quæ mox lavandis crimine ter-

reis Mittuntur oris, atque nôemicum Purgans nefandâ gente easdem, Sanctius alluvium futura.

Qui tinctus, undis tingere contulit Dignè MARIAM, cum Patre Filio Carni revincto, eumque Sancto, Gloria, Pneumate, sit perennis.

Amen.

ÿ. Fens de domo Domini egredietur.

ÿ. Et per omnes rivos Juda ibunt aquæ.

*Ad Magnif. ant. Ipse Filius Virginis est qui baptizat in Spiritu Sancto, et igni.*

*Complet. de Domini.*

AD MATUTIN.

*Invitator. Baptisma Beatissimæ Virginis MARIE celebrantes, Christum ejus Filium adoremus Dominum.*

HYMNUS 210. *Salla.*

Baptismus ergò, pinxerat omnium

Quem noxiarum mersio gentium, Typo MARIE nante cymâ, Antitypo impar inundat illam.

Tollens in altum nam cataclismus hic

Arcam, ut priori culpæ ab origine, Baptismi an æque non supernam Innuit alluvio MARIAM?

Mosis bacillo Virginis alteri Umbra vetustæ pontica cessat Rubra unda, cessum Veritati Ire fluente, reor, figurans.

In temet imo nonner clortus es Prisci pavescens, et nihilominus Totam recentis perveniamt Mergere foderis ausus Arcam?

Qui tinctus, undis tingere contulit Dignè MARIAM, cum Patre Filio Carni revincto, eumque Sancto, Gloria, Pnenmate, sit perennis. Am.

INI. NOCT.

1. Ipse Filius Dei Matrem suam MARIAM baptizavit.

2. Hic est qui baptizat in Spiritu Sancto et igni.

3. Ingenti fide Baptisma Christi sanctissima suscepit Virgo.

ÿ. Quicumque in Christo baptizati eslis.

ÿ. Christum induistis.

De Epistola ad Romanos.

LECTIO 1. c. 6. 3.

An ignoratis, quia quicumque baptizati sumus in Christo JESU, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus eum illo per Baptisma in mortem: ut quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris, ita et nos in novitate vite ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis ejus: similis et resurrectionis erimus. Hoc scientes quia vetus

homo noster similis crucifixus est, ut destruat corpus peccati, et ultra non serviamus peccato. Tu.

¶ Quicumque baptizatus fuerit aqua et Spiritu Sancto intravit in regnum Dei. ¶ Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit.—Intravit.

De Epistolâ primâ ad Corinthios.

LECTIO 2. c. 10. 1.

Nolo enim vos ignorare, fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, et omnes mare transierunt, et omnes in Moysè baptizati sunt, in nube et in mari. Et omnes eandem escam spiritualem manducaverunt, et omnes eundem potum spiritualem biberunt (bibebant autem de spiritali consequente eos petra: petra autem erat Christus). Sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo: nam prostrati sunt in deserto. Hæc autem in figurâ facta sunt nostri. Tu.

¶ Effundam super vos aquam mundam: \* Et erit in die illâ fons patens in ablutionem. ¶ Qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit.—Et.

De Epistolâ ad Titum.

LECTIO 3. c. 3. 4.

Cum autem benignitas et humanitas apparuit Salvatoris nostri Dei, non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit per lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus Sancti, quem effudit in nos abundè per JESUM Christum Salvatorem nostrum, ut iustificati gratiâ ipsius, hæredes simus secundum spem vite æternæ. Fidelis sermo est: et de his volo te confirmare, ut curent bonis operibus præsee, qui credunt Deo. Tu.

¶ Mirantibus oculis Christus Matrem baptizavit. \* Unda sanctior evasit, et Spiritus Sanctus totam

eam replevit. ¶ In uno Spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus.—Unda.—Gloria.—Mirantibus.

IN III. NOCT.

1. In illâ die erit fons patens domui Jacob, et habitantibus Jerusalem.

2. Demorabatur JESUS cum discipulis suis in Judæa, et baptizabat.

3. Matrem suam quoque Christus manu propriâ baptizavit.

¶ Baptismus est hodiè Beata MARIE Virginis.

¶ Cujus vita incluya cunctas illustrat Ecclesias.

Ex verbis B. Alberti Magni Ep. Quæst. 36. super Missus.

LECTIO 4.

Queritur, utrum beata Virgo fuit baptizata? Et videtur quòd sic. Quidquid habet omnia conferens gratiam plenius est gratiâ, quàm id quod habet aliquid conferens gratiam, et aliquid non. Sed beatissima Virgo fuit plena gratiâ: ergò habuit omne conferens gratiam: ergò habuit baptismum. Item præceptum de baptismo post sui promulgationem obligat omnes ad sui susceptionem: ergò et beatam Virginem. Item Dominus baptizatus fuit, quamvis non indiguit, vel indigeret: ergò beata Virgo debuit baptizari. Tu.

¶ Vidit Joannes JESUM venientem ad se, et ait: \* Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. ¶ Ille est qui baptizatus in Spiritu Sancto et igni.—Ecce.

LECTIO 5.

Joanne, capite tertio dicitur: nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto non intrabit in regnum celorum. Sed Beata Virgo regnum intravit: ergò baptizata fuit. Item

LECTIO Sancti Evangelii secundum Joannem.

LECTIO 7. c. 3. 1.

In illo tempore: Erat homo ex Pharisæis, Nicodemus nomine. Et reliqua.

Homilia B. Dionysii Carthusiani.

De laudibus B. M. V. 3. 27.

Baptismus iuxta sanctorum doctrinam est janua sacramentorum necessitatis, ita quòd omnes tempore Evangelii divulgati tenerent ad illud, dummodò adsit facultas. Et sicut sanctificati in utero tempore legis mosaycæ circumcisionem susceperunt, ut patet de Joanne Baptista et Jeremiâ: sic et si qui in evangelicâ lege sanctificarentur in utero, adhuc tamen deberent Baptismum accipere, tum propter Christi præceptum, tum propter suscipiendum caracterem, quò baptizatus Christo in terris conformatur, ejusque populo annumeratur, tum propter gratiæ incrementum, tum ut per corporalem baptismationem Christo passo et sepulto etiâ corporaliter configuraretur. Tu.

¶ Ego baptizo vos in aquâ, in penitentiam: qui autem post me venturus est, ipse vos baptizavit. \* In Spiritu Sancto et igni. ¶ Et ipse est qui baptizavit Virginem MARIAM.—In Spiritu.

Benedict. 8. Cujus Baptismus colimus.

LECTIO 8.

Hinc quoque Apostoli in circumcisione: ab originali culpâ purgati, creduntur à Christo baptizati. Quamvis enim circumcisio in lege scripta, et baptismus in evangelicâ lege insituti sint contra originale peccatum secundum communem effectum, tamen et alios habuerunt cursum salubres, et baptismus adultorum habet, propter quos possunt et sanctificati in utero convenire.

si non baptizaretur, ignarus: suæ sanctificationis scandalizaret: sed non scandalizati: ergò baptizata fuit. Item legalia servavit, sicut purificationem mulieris: ergò et evangelica servavit. Item Dominus dixit Joanni: sic enim decet nos adimplere omnem justitiam: Glossa: id est, perfectam humilitatem: ergò propter eandem causam debuit baptizari Beata Virgo. Tu.

¶ Amen, amen dico vobis: \* Quia nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei. ¶ Non mireris, quia dixi tibi: oportet vos nasci denuo.—Quia.

LECTIO 6.

Item de Apostolis supponitur, quòd fuerint baptizati per illud Joannis: Qui lotus est, non indiget, nisi ut pedes lavet. Ergò multò fortius debuit illud supponi de Beatâ Virgine, quæ fuit perfectissima observatrix consiliorum et præceptorum Dei. Item, si non esset baptizata, non haberet caracterem per quem distingueretur à Judæis et Gentilibus. Tu.

¶ Beatissima Virgo MARIA intacta et immaculata accepit Baptismum Christi: \* Sic enim decet implere omnem justitiam. ¶ Filius ipse baptizavit Matrem.—Sic enim decet.—Gloria Patri.—Beatissima.

IN III. NOCT.

Ant. 1. Quod natum est ex carne, caro est: quod natum est ex Spiritu, Spiritus est.

2. Unus Deus, una fides, unum baptisma.

3. Baptismum Immaculatæ Virginis celebremus, ut ipsa intercedat pro nobis ad Dominum.

¶ Christus est qui baptizatus.

¶ In Spiritu Sancto et igni.

Hinc immaculatissima, et optima Virgo MARIA fertur Christi Baptismate baptizata: quæ etiã legi Purificationis ex obedientiã et humilitate se subdidit. Tu.

þ. Effundam super te aquam mundam, et Spiritum meum ponam in medio tui, \* Ut tecum habilet semper. ʒ. Spiritus sapientiã et intellectus, Spiritus consilii et fortitudinis.—Ut.—Gloria.—Effundam.

## LECTIO 9.

Et itẽm ob singularitẽtem vilandam, ne baptismum vitando videret innocentiam suam iactare: præsertim quia innocentissimus et sanctissimus Filius ejus Christus baptismum suscepit Sancti Joannis. Item ob scandalum vitandum et adhibendum exemplum ne persona quantumlibet emens baptismum renuat Salvatoris: atque ob gratiã ac virtutum augmentum, et meritum suorum supererogationem, et propter caracteris impressionem sumendum, ad ampliorem suam et exaltationem et gloriam sempiternam, quia quo amplius ac profundius se humiliavit, eo gloriosius exaltari promeruit. Tu. Te Matrem.

## AD LAUDES

*El per Horas Antiphone.*

1. Hæc est Fila mea \* dilecta, in quã mihi benẽ complacui. *Psalmi de Dominic.*

2. Hæc est Mater mea \* carissima, quæ me genuit, quæ me peperit, quæ me nutrit.

3. Hæc est Sponsa mea \* immaculata, in quã sunt meæ deliciae.

4. Hæc est totius beatissimæ Trinitatis nobile Tricinium.

5. Batizata est Virgo \* MARIA in nomine Patris et Filii, et Spiritus Sancti.

CAPITULUM. *Isai. 44. 3.*

Effundam aquas super sitientem, et fluentia super aridam: effundam

Spiritum meum, et benedictionem meam.

## HYMNUS 211.

*Salla.*

Utsi audiatur primitiis absona Verbi Parentis mystica lotio, Divino ut ejus facta nutu Elogia inelyta promeretur.

Est illa primò non reticenda laus Quòd Sancta Mater Nati imlamine Formã reatús tecta fastum Pectoris obtineri insolentem.

Quin et sequendam præbet imaginem

Sesè novandis flumine gentibus Pastoris instar pelle ovina Anteeuntis oves amicti.

Culpã inquinatos deniquè spiritus Baptisma sanctos, quos lavat, efficit, Sanctos adauget, signat omnes Magnifico Triados sigillo.

Quã dote solis ex renitentibus In corpus unum quit coalescere Ecclesia, audit quod piorum Concio Christiãdum vocablum.

En proluendã labis ut indiga Nullius undis diva Puerpera Est mersa: dignum tantie sacrum Ipsiis undè fuit lavaerum.

Priscis nec undis exhalibus Typos MARLE rite verentibus Est tactu JESU sancta CHRISTI Vivificans aqua conferenda.

Qui tinctus, undistingere contulit Dignè MARIAM, cum Patre Filio Carni revincto, cumque sancto, Gloria, Pneumate, sit perennis. Am.

ʒ. Baptismus est hodiè Sanctæ MARLE Virgins.

ʒ. Cujus vita inelyta cunctas illustrat Ecclesias.

Ad Benedict. ant. Corde et animo Christo canamus gloriam in hæc sacrã solemnitate Baptismi Beatæ MARLE Virgins.

## Oratio.

Domine JESU—Christe, qui Sacramentum Baptismi Beatissimæ Matrì tuã: ad incrementum gratiæ

## DIE XXIII. FEBR.

## S. M. NOVISSIMÆ DE GRATHIS.

## Semiduplex.

In I. Noct. Lect. Scrip. ser. occur. IN H. NOCT.

## LECTIO 4.

*Gumpenberg. Atl. Mar. 730.* Penã Billorum, quæ in Ur inatiditione sedes est Episcopi Feretani, colitur in templo parochiali Sancti Christophori antiquissima Imago Deiparæ in muro depicta, quæ dicitur Sancta MARIA Novissima de gratis. Ejus altare consecratum fuit anno millesimo ducentesimo vigesimo secundo ab Honorio Tertio concessis etiã indulgentiis. Tu. þ.

## LECTIO 3.

Eadem Imago anno millesimo quadringentesimo octavo, die vigesimã Martii, qui ejusdem mensis tertius dies veneris fuit, lacrymas effudit ex oculo dextero, quod testibus idoneis et oculatis ritè probatum creditur majores, et nobis abundè probant, quæ supersunt lacrymarum vestigia, et deniquè oculis dexter, qui lacrymas dedit, sinistro non parum strictior. Tu. þ.

## LECTIO 6.

Ad hæc quoquè Imaginem Urbis confugit hostibus pressa anno millesimo, quingentesimo decimo septimo die vigesimã tertiam Februarii, quo die Deipara hostium oculos ignitis ex aere radius ita perstringit, ut mirorum defensores videri ab iis non possent, adeò ut assallum jam inchoatum intermittere cogereatur. Porrò post quomodo annos eodem die iterum urbem ab hostibus liberavit. Adest demum gratio civium tanta, ut eam intermira, si non inter miracula numeres. Tertio die veneris Martii festum lacrymationis celebrant, et vi

et meriti contulisti; concede propitiis, ut quos per illud filios adoptionis tuæ nos fecisti, æternam gloriam obtinere valeamus. Qui vivis et regnas.

Ad Horas antiph. Capit. Prim. et Orat. de Laudib. cætera de Com. ʒ. þ. br. Quæ manu Christi baptizata fuisti.

## CANON.

Ex Concilio Tridentino.

Sess. 7. can. 3.

474. Si quis dixerit Baptismum liberum esse; hoc est, non necessarium ad salutem: anathema sit.

In II. Vesp. Ant. et ʒ. de Laudibus.

HYMNUS 212. *Villaniti.*

Jordanis celeres mollius urgeat Fluxus et latices temperet algidos, Lambat Virgineum pectus, et ablual El Baptismate consecret.

Consecrat potius Virgo Deipara Fluctus, et macula: nescia provehat Mundandi meritum: sordida cordium

Salvandique potentiam. Puras ingreditur Femina purior Undas, filique sacer ritus, et mimã De summo veniens æthere Spiritus

Tincta viscera permeat. Tum Matricumulat mupera Filius Baptismi meritò, Spiritus optinãe Sponsa: congeninat vincula vinculis, Dal rualus Pater oscula.

Da, Virgo, populis indolis effera Ad Baptisma citos currere. Gratiam, Da, nostri teneant, moribus excolant,

Amisamve resarciant. Summã sit Triadi laus pia jugilèr,

Cujus gratitudo numine subvenit Virgo ferrigenis, proterit ineros

Et celestibus imperat. Am. Ad Magnif. ant. Baptismus tuus, Dei Genitrix Virgo hodiè lætificat cunctas animas sanctas.



gesima tertia Februarii pro duplici urbis liberatione multiplices Deiparae gratias festiva celebritate persolvunt. Tu. ꝯ.

## IN III. NOCT.

Lectio S. Evang. secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 2. 26.

In illo tempore: Ingressus Angelus ad MARIAM, dixit: Ave gratia plena, Dominus tecum. Et reliqua.

Homilia D. Chryssippi Presbyteri.

Ora. de S. M. Deip.

Nos autem per opportunum est modo, ut plurimarum prophetiarum faustas acclamationes Virgini adscribamus, et dedicemus. Aveigitur semper, ave gratia plena: ave quae vulvam adepta es preter naturam, vel ipsis coelis latiore: quandoquidem per hanc comprehendisti eum, quem nec caeli quidem capiunt. Lect. 8. Ave fons lucis omnem hominem illuminantis. Ave solis ortus, qui nullum ferre potest occasum. Tu. ꝯ.

## LECTIO 8.

Ave armarium vitae. Ave, quae es hortus Patris. Ave, quae es pratum totius fragrantiae Sancti Spiritus. Ave radix omnium-honorum. Ave specimen gentium omne prelium excedentis. Ave vitis ubas pulchras producens. Lect. 9. Ave nubes pluviae potum animis Sanctorum exhibentis. Ave, quae es puteus semper viventis aquae. Ave, quae es rubus ardens igne spirituali, nusquam tamen aduresis. Ave porta clausa soli Regi aperta. Ave mons, unde lapis angularis abicis est sine manibus. Tu.

## LECTIO 9.

Commemoratio B. V. Arelateasis de Gratia.

Ex Pngeto. *Histor. Imag. Deip.* In Ecclesia Sancti Trophimii Arelatensis Urbis marmorea Eligius beatae Virginis sub titulo de Gratia,

quae prius in Ecclesia Sancti Honorati sedem habebat in perantiquo Sacello ab ipso Sancto Trophimio Sancti Petri Discipulo, Deiparae adhuc viventis, ut creditur, dicato: quod nunc ferè ruina collabitur, vastatum quum fuerit in Gallicanis revolutionibus. Semper ad illud fuit ingens fidelium accursus, innumeris à beata Virgine collatis gratis tractis, unde et de Gratia Sanctissima Imago nomen obtinuit. Tu. Te Matrem.

Cum 2. *Vesperis.*

DIE XXV. FEBR.

## EXILIUM B. M. V. IN AEGYPTO.

*Dplex.*

IN I. VESP.

HYMNUS 213.

*Salla.*

Jam jamque contremiscite,  
Arae, columnae, fanaque  
Idola item memphitica,  
Et secta in his daemonia.

Praenuntiata antiquitus  
Adventat en Nubecula,  
Qua vectus orbis conditor,  
Vos commovebit funditus.  
Quae corda condolebitis  
Vestrum ruinam Numinum,  
Gaudete, pro tot ludicris  
Verum coelestis Unicum.

Quae dicta solis vitas,  
Loco, tibi, nefarii,  
Qui te replet caligine,  
Sol aquilatis oritur.

*Doxolog. de Tempore.*

*Ora.*

Praesta, quæsumus, omnipotens Deus, ut qui exules filii Eve ad te gementes et flentes clamamus in hac lacrimarum valle, per intercessionem Beatissimæ Virginis MARIE ad aeternam Patriam pervenire valeamus. Per Dominum.

AD MATUTIN.

HYMNUS 214. *Secund. ab Ho.*  
felix regio! tibi nam

Fortuna secunda  
Parat, ut exilio  
Virgine lecta fores.

Altera nec erit ut  
Matharich ora beata,  
Pandit quæ sacris  
Hospita lecta viris.

Constitit hic Virgo, quosdam

Permansit et annos,  
Suxit et hic Infans  
Ubera pura Matris.  
Incolis hic præit  
Virtutis luce nitenti,  
Mitigat et sancta  
Saxea corda Parentis.

Quam miseret tristis  
Peccati errantis in umbrâ,  
Atque animo quietem  
Medica pulchra parat.

Mernit ut nulli  
Præstantes dentur honores,  
Laudeturque toto  
Nomen in orbe suum.

Gloria summa Patri  
Sit par tibi gloria, Nate:  
Gloria sit compar,  
Spiritus almae, tibi. Amen.  
*Lectio. 1. Noct. ut in Dom. IV.*  
Vitæ activæ. p. 267.

## IN II. NOCT.

Ex verbis S. Bonaventuræ Ep. in  
Meditatione Vitæ Christi. c. 12.

LECTIO 4.

Cum Aegyptum Sancti Sponsi intraverunt omnia idola ipsius Provinciae corruerunt, sicut per Isaiam fuit prophetatum. Iverunt ergo ad quandam civitatem, quae vocatur Heliopolis, et ibidem aliquam domunculam conducentes, habitaverunt ibidem per septem annos tanquam peregrini et adventi, pauperes et egeni. Tu. ꝯ.

LECTIO 5.

Advertas bene quæ sequuntur. Unde enim et quomodo vivebant isti tanto tempore? Nunquid mendicabant? Legitur autem de Do-

mina, quod colo et acu quærabat sibi et Filio necessaria. Stuebat ergo et filabat mundi Domina, paupertatis amatrix. Multum per omnem modum isti paupertatem dilexerunt, et ei perfectè usque ad mortem servaverunt fidem. Tu. ꝯ.

LECTIO 6.

Conspecte ergo Dominam in laboribus suis suendo, filando, et texendo, quomodo facit ea fidelitèr, hilaritèr, humilitèr, et sollicitè. Nihilominus diligentissimam curam super Filio suo, et super gubernatione domus, necnon vigiliis et orationibus juxta posse est semper intenta. Tu ergo toto affectu ei compatere, et considera quod non habuit omnino gratis regnum Domina regni. Tu. ꝯ.

## IN III. NOCT.

Lectio sancti Evangelii secundum  
Matthæum.

LECTIO 7. c. 2. 13.

In illo tempore: Ecce Angelus Domini apparuit in somnis JOSEPH, dicens: Surge et accipe Puerum et Matrem ejus, et fuge in Aegyptum, et esto ibi usque dum dicam tibi. Et reliqua.

Homilia S. Bernardi Abbatis.  
*Serm. 2. Super Salv. Reg. inter  
ejus oper.*

De hoc exilio, o Sancta Sanctorum, ad te clamamus exules Filii Eve, ut interveni tuo, decatu tuo, adjutorio tuo possimus ad cubiculum veritatis repatriare. Scimus procul dubio, quia nihil amplius habet homo de universo labore suo, quo laborat sub sole, nisi vanitatem: et tamen pure consuetudinis nexibus irretiti, per nos redire non possumus in veritatis libertatem. Lect. 8. In hoc exilio omne penè genus hominum ab initio usque ad adventum Regine caelorum pe-

regnari delectabatur, et veritatis patrie suspiris nullis seu desiderio recordabatur. Ipsa prima viam aperuit ad patriam, et veritatem quae vera patria est, mundo generans, dedit omnibus manifestam. Tu. ꝑ.

## LECTIO 8. (Lect. 9.)

Et nos adhuc filii Evae transgressores, filii inobedientiae, filii Matris antiquae ad te clamamus Regina misericordiae: Revertere visitans in nobis naturam tuam: revertere ostendendo eam, quam in Christocolas habes charitalem tuam: revertere per singularem in nos à Deo datam potestatem tuam: revertere per eam, quae tibi specialiter infusa est in plenitudine gratiae praerogativam tuam, ut intueamur te. Tu. ꝑ.

## LECTIO 9.

Commemoratio B. V. Alcalensis de Spino.

Gumpenb. 818.

Alcalde de Silvâ comitum de Fontibus villae in Hispaniâ, pastores Deiparae Statuam invenerunt Spino arbori insidentem. Illi sanctam Statuam tangere non ausi, unum è suis Alcalam miserunt, qui repertum thesaurum nuntiaret Parrocho, orantibus inlerat caeteris Deiparam. Parrochus, coeactis in supplicium ordinem incolis, ad locum venit, et sanctam Statuam ad aedem parochialem, deducente populo, deportavit. Ad verò cum altera die sacra Imago ad silvam redisset, quam primum Sacellum illo in loco collectis operibus extruxerunt, quod Virgini placuisse miracula declarant. Tu. Te Matrem.

## CANON.

Ex D. Thomâ Arch. Valentino. In Assump. B. V. Conc. 3. 475. Ecce à principio per desertum fugit cum Filio, septem annis

terrâ alienâ exulat: paupertate premitur, et sine cognatis: non est qui succurrat: inter idolatras populos sola cum Filio et JOSEPHO, alienigena commoratur. Quanta sustinuit ibi, quanta passa est! Tu.

Vesperae à cap. de seq.

## DIE XXVI. FEBR.

## B. V. MEXIC. DE GUADALUPE.

## Duplex.

## Oratio.

Deus, qui sub Beatissimae Virginis MARLE singulari patrocinio constitutos perpetuis beneficiis non cumulari voluisti; praesta supplicibus tuis, ut ejus hodie commemoratione laetamur in terris, ejus conspectu perfruamur in caelis. Per Dominum.

Lect. 1. Noct. Fer. occurr.

## IN II. NOCT.

Sermo S. Bernardi Abbatis.

Super signum magni.

## LECTIO 4.

In capite, inquit, ejus corona stellarum duodecim. Dignum planè stellis coronari caput, quod et ipsis longè clariùs micans, ornet eas, potiusquam ornaret ab eis. Quidni coronent sidera, quam Sol vestit? Sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum et lilia convallium. Quis illas aestimet gemmas, quibus MARLE regium diadema compactum est? Supra hominem est coronae hujus rationem exponere, indicare compositionem. Tu. ꝑ.

## LECTIO 9.

## Ee Officio proprio.

In eâ ferè specie anno millesimo quingentesimo trigesimo primo, mirabiliter picta Deiparae Imago Mexici apparuisse fertur, quae inibi loci prope urbem, ubi pio Neophito aedem sibi sacram prodigio dicitur designasse, ingenti colitur po-

pulorum ac miraculorum frequentia. Tu. ꝑ.

## LECTIO 5.

Quam praeterea ut praesentissimum adversus publicas, privatasque calamitates praesidium Archiepiscopus Mexicanus, ut reliqui etiam illarum partium Antislites, omnium ordinum consensione in primariam elegit Novae Hispaniae Patronam, ritique electam Benedictus decimus quartus auctoritate Apostolica declaravit, atque Officium proprium, et Missam sub titulo Beatae Virginis MARLE Guadalupensis recitari concessit. Tu. ꝑ.

## IN III. NOCT.

Lectio S. Evang. secundum Lucam.

## LECTIO 7. c. 2. 34.

In illo tempore: Dixit Simeon ad MARIAM Matrem JESU: Ecce positus est hic in ruinam et in resurrectionem multorum in Israel. Et reliq. Homilia S. Thimotaei Presbyt. Jerosolymitani.

## Orat. de Prophet. Simeon.

Vide ubi impleatur dictum Simeonis ad Virginem. Quinimò tuam ipsius quoque animam penetrabit gladius nempe doloris, nempe requisitionis, dum requirebat etiam eum, qui venerat quaesitum id quod perierat. Etsi enim Virgo, eral Mater, attamen in utero gestaverat, mammam praebuerat, cum sollicitudine educaverat, et ita affecta fuerat, ut mater erga filium suum affecta esse solet. Itaque cum putaret se amisisse illum dies treis, cum cordis dolore quaerebat eum. Tu. ꝑ.

## LECTIO 8.

Hanc igitur afflictionem, hunc dolorem, tanquam gladio animae accipiente, Simeon rem futuram censens praesignificat, dicens ad Virginem, quin tuam quoque ipsius animam pertransibit gladius. Non dixit: vincet gladius, sed transibit

gladius: hoc est parumpè dolebis, et affligeris, ac statim dolore et afflictione liberaberis. (Lect. 9.) Dolorem autem cepisse Virginem supra quam dici potest inculpata. omnibusque modis Sanctam, quum putaret se amisisse eum, qui ad salutem perentium venerat, audiebans modo Evangelistam dicentem: Et accidit post dies treis.... Vide quantum dolorem et afflictionem Virgo triduum pertulerit. Tu. ꝑ.

## LECTIO 9.

Commemoratio B. V. Oreivallensis.

Ex Pugeto Histor. Imag. Deip.

In oppido Oreivallis, quatuor à Claromonte leucis in Auverniâ Templum est jam ab antiquo Deiparae Sacrum, quod structum creditur à quibusdam Eremitis cum vallem degentibus, qui postea cœnobium templo, jam ad elegantiorum formam redacto, adjunxere. Decimo tertio saeculo autem loco cœnobii institutum fuit Canonico-rum Capitulum, usque ad finem saeculi decimi octavi, quod templum omninò vastatum, ac ferè dirutum fuit. Miraculosa Divae Virginis effigies à ruina libera evasit, quae post tempestatem iterum suo in templo locata fuit. Prodigis clara impense colitur peregrinorum frequentia et fidelium devotione. Ligna est et post tot saecula incorrupta perseverat. Tu. Te Matrem.

Ad Bened. ant. Non fecit taliter omni nationi: et judicicia sua non manifestavit eis.

## CANON.

Ex Decreto S. Rituum Congregationis.

9. Jul. 1757. Hispaniar.

476. Benedictus Decimus quartus Officium proprium et Missam in honorem Beatae MARLE Vir-

ginis de Guadalupe pro regno Mexicano approbatum, recitandum et respectivè celebrandum in reliquis regnis et dominiis Hispaniarum Regis sub ritu duplici majori, pro die ab Ordinario designandâ, exceptâ Dominicâ, benignè concessit. Tu. p.

Cum 2. Vesperis.

DIE XXVII. FEBR.

**D. V. BERGHEUSIENSIS.**  
*Semiduplex.*

AD MATUTIN.

HYMNUS 215. *Rith. Antiq.*

**I**ncunctorum cœlorum Reginae  
Albiæ sit eloquium:

Quæ nostræ miserâ ruinæ  
JESUM placavit Filium.

Hæc Angelo percussenti  
Diræ pestis afflamine,  
Clamat vocè compatiienti:  
Sufficit, manum confine.

Aufugit mors ex illâ die  
Et cessavit quasatio:

Et vitæ Parentis MARIE  
Nunquam cesset laudatio.

Volvâ te voce rogamus,  
Alma spes Albiensium,  
Ut eorâ Deo placeamus  
In lumine viventium. Amen.

*Lect. 1. Noct. de ferid.*

IN II. NOCT.

LECTIO 4.

*Gumpenb. Imag. 356.*

In diocesi Albiensi, in Galliâ, unâ  
lenâ ab Urbe Albiâ colitur Beata  
Virgoin Saeculo quopiam supra col-  
lis verticem edificato, quod Der-  
che, seu Droche vulgare nomen ha-  
bet. Antiquus est is cultus, et cons-  
tans traditio, Effigiem, quæ ibi col-  
latur à Pastoribus inventam fuisse,  
et à vertice illius callis in subje-  
ctam plantitiem delatam ad Ecclē-  
siam parrochiale, ejus adhuc hodi-  
ernâ supersunt vestigia. Zelo ta-  
men fidelium in colle fuit adicula

extruenda, in quam, cum esset fini-  
ta, sine hominum manibus fuit de-  
lata. Undè pietas et accursus ma-  
jor, quamquam ipse reditus ad  
locum inventionis causam dedit  
strenui Sacelli. Tu.

*Lect. 5. et 6. de comm. in II. Noct.*

IN III. NOCT.

Lectio S. Evang. secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 11. 27.

In illo tempore: Loquens JESU ad  
turbas, extollens vocem quâdam  
mulier de turbâ, dixit illi: Beatus  
venter qui te portavit. Et reliqua.

Homilia D. Cesarii Nazianceni.

*Dialog. 1. resp. ad 38. Inter-  
rogat.*

Quum plurimæ et innumerabiles  
essent mulieres, adhuc incorruptæ,  
solam tamen ex omnibus elegit  
«Deus» MARIAM, in ipsâ ineffabi-  
liter sibi, et copulans natu-  
ram nostram, quemadmodum divi-  
nus ille Vates inquit: Elegit nobis  
hæreditatem sibi, pulchritudinem  
Jacobi, quam dilexit, MARIAM per-  
petuo manentem Virginem signifi-  
cans, quæ nunquam ad generandum  
progressa fuerat, aut factum in utero  
materno conceperat. Tu.

LECTIO 8.

Amplexus autem per eam, quæ ex  
ipsâ erat incarnationem sermonis è  
supernis acclamabat: Ecce filius  
meus dilectus, quo delector.  
(*Lect. 9.*) Quibus in verbis intelli-  
git unicum illum ex se et ex per-  
petuâ Virgine natum nobis Filium  
Dei, sibi et nobis consubstantialem:  
ipsi quidem divinitate, nobis verò  
ratione carnis assumptæ. Tu. p.

LECTIO 9.

Commemoratio B. V. à Charitate.

*Spineti in Deip. p. 687.*  
Roma: Sanctæ MARIE à Chari-  
tate ad Campum Martium, templum

cum adjunctâ domo piorum elemo-  
sinis extruendum curavit Joannes  
Leornadus à Sancto Severino, Dio-  
cesis Salemitanae, qui, quod liti-  
rarum studiis aliquandò operam  
dedisset, Literatus est dictus. Is  
magno puerorum bono hanc sibi  
curam propter Christum suscipien-  
dam duxit, ut è quilibet Natione  
pueros, qui veluti errone humanâ  
ope desituti per compita vagaban-  
tur, conquisitis elemosinis in hæc  
domo charitatis sub Beatæ Virginis  
prasidio educaret: et postea adu-  
lto, quo vitam honestè sustentare  
possent, alieni officio pertescendo  
adiceret. Tu. Te Matrem.

Cum 2. Vesper.

DIE XXVIII. FEBR.

**IN SONAUM B. M. V.**

*Duplex.*

*Lectio. 1. Noct. de ferid.*

IN II. NOCT.

Sermo Sancti Bernardini Senensis-  
Tom. 2. Serm. 51. art. 1.

LECTIO 4.

Somnus, qui abyssat et sepelit in  
nobis rationis et liberi arbitrii  
actus, et per consequens actum  
merendi, non credo, quòd talia in  
Virgine fuerit operatus, sed anima  
ejus liberè, ac merito actu tunc  
tendebat in Deum. Undè eo tempo-  
re erat perfectior contemplatrix,  
quam unquam fuerit aliquis dum  
vigilavit. Undè ipsa: Ergo dormio,  
et cor meum vigilat, in contempla-  
tione videlicet perfectâ à nullâ  
actione debilitatâ. Tu. p.

LECTIO 5.

Ex verbis B. Dionysii Carthusiani.  
*Capit. 18. in cantica ap. Chrsog.*  
Hoc præclarissima Sponsa Verbi  
æterni sanctissima Virgo, præemi-  
nenter dicere potuit, quia contem-

plattissimam vitam duxit, et ab ex-  
teriori tumultu omni inordinato  
strepitu et curâ superflua, atque  
inquietudine culpæ penitus absi-  
nens et sopita, vigilantissimâ mente  
Deo vacavit, pro Ecclesiâ exoravit,  
acubusque virtutum in termino ex-  
cellentissimè perfectissimè jugiter fuit  
intenta. Tu. p.

LECTIO 6.

Denique in somno corporali cor  
ejus pervigil fuit: et ex assidua as-  
suetudine perfecta insistendi Di-  
vinitis ex ardentissimâ et exercitati-  
ssimâ charitate, ex splendidissimâ  
et exuberantissimâ sapientiâ sibi  
infusa, et contemplatione in vigiliis  
penè aut prorsus penè, aut prorsus  
continû etiâ tempore somni vi-  
gili corde fuit Deo conjuncta et pro  
commissâ sibi Ecclesiâ vigilare non  
cessavit. Tu. p.

*Homil. de comm. pro Duplicib.*

LECTIO 9.

Commemoratio B. V. Panormitanae  
à Miraculis.

*De effigib. siculis.*

Anno salutis millesimo quingentesi-  
mo quadragesimo tertio, sexto  
idus Maji, Imago Delparae, quæ  
Panormi in pariete ad plateam mari-  
timam depicta erat, multis et sin-  
gularibus prodigiis initium fecit.  
Egenus ob gravem herniam, quâ  
viscera è corpore promanabant, se  
ope Virginis repente sanatum per-  
vias incedens exclamabat. Eâ slati-  
m divulgatâ famâ quamplurimi  
undiquè accurrere ad imaginem ven-  
erandam, atque à Virgine multi-  
plicatis signis, templum quod hodiè  
exiat, erectum fuit, et ob miracu-  
lorum copiam Sanctissima Virgo à  
miraculis Effigies illa nomen acce-  
pit. Tu. Te Matrem Dei.

Cum II. Vesp.